

306 DE PUBL. IUDICIIS.  
*fac. l. sunt & alia. 3. in fin. ff. de public. in rem effe-*  
*ctum istum producit.*

CCCCXVIII.

*An & in Principe Rom. Imperij, crimen lesa*  
*Majestatis committi possit?*

**P**Otest: nec modò in Electore (qui ad Impera-  
torem propiùs accedit,) sed & alio, qua ut  
magistratus, seu pars maximi Senatùs, quem Co-  
mitia Imperij exhibent, considerari potest. *arg. l.*  
*quisquis. §. pr. C. ad leg. Iul. ma., & l. 1. ibi, magistra-*  
*tus pop. Rom. ff. eod.*

CCCCXIX.

*Vtrum perduellis reus, dominium rerum*  
*suarum amittat ipso jure, an per sen-*  
*tentiam?*

**I**Pso jure: hoc sensu, ut quo primùm tempore  
in reatu seu delicto esse cœpit, eodem & ipsius  
legis sententiâ, proprièque conscientia damna-  
tus dominium amississe intelligatur. *l. ult. C. ad*  
*leg. Iul. maj.* Et licet sententia, qua talis declare-  
tur necessaria sit: non tamen ex tempore sen-  
tentiæ latæ, sed ex præterito, ac nimirum eo, quo  
crimini obnoxium sententia declaraverit, amif-  
sio ista contingat. *l. quæsitum. 15. pr. ff. qui & a quib.*  
*man.*

CCCCXX.

*An pœna gladij adulteri proposita, ex ipsa*  
*lege Iuliâ descendat?*

**N**on videtur: cum olim mitior ejus pœna sine  
dubio fuerit. *l. si quis. §. ff. de question.* Quod  
autem